



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Bonfilivs Ord. Serv. B. M. V. 8. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

testatus epulas, quibus quidem Præsul dixisse
benè, sed canes accubuissent: se deinceps cum ha-
minibus cœnaturum. Non multò pōst in Strigilis
offendit, audit in cantationibus Piligrimis filio-
luteum attulisse, invicem ingentia munera abfu-
lisse. Enimverò jubet omnia in prædam egenis re-
dere, debitaque superstitioni stipendia probra & pla-
gas numerat; mox paratas capiti à Piligrimis in-
dias effugit, sed non perinde etiam hæc cali tra-
Nam primò filium, mox etiam maximū vitâ videt
exturbari. Ipsam longum funus vivumque, capi-
tam; Galli abducunt; exulem dein in Italianam aë-
lus asportat. At CORBINIANI tumulum suis ca-
rum funeralibus ornavit, Frisinga pro Asylo habet.

Ex tom. I. Annal. Boio.

*Debemus animo premeditari, quod aliquando fu-
turi sumus, quod, velimus nolimus, abesse longius
non potest: nam si non gentes vita excederemus an-
nos, tamen nihil esset praterita longitudo, quæ iſi-
desſet. S. Hicron. ep. 3.*

S. BONFILIUS ORD. SERV. B.M.V.
8. Septembris.

Quid Roma pileum, quid secundum libertati
tem vindicias crepas? ego iterum illos laudo,
qui pulchram servitutem sub Mariæ nomine cir-
cumferunt. Tu felicissima servitutis cunabula
audi. Fuit jam olim nobilis inter cives Florenti-
nos Societas VIRGINI sacra. Hi dum ex more ita-
ustum cælo translatae diem agunt, BONFILIUS pari-
magna & ipse horum, quinique alij faces subdi-
pectori senserunt, quibus, ut se totos VIRGINI
manciparent, inflammabantur. Nec mora, vitam
opereque veteres cum ueste ponunt, & novus ipso

Nat^e
scitur
cent. I
stipen-
dos V
nomeri
tis, qu
luce(c
& gen
servis
livm
Bonf
testim
corpor
mixti
Sancti
Virgi
bertini
Con
que no
Christ
te. Rej
lace exp
ram da
B.V.
S. A
C
patre n
dum er
in ead
majori
jam mi
Aydon
Natz

Nata VIRGINIS die, peculiaris eidem cœtus enascitur, Artingi primò is loci antistitis, tum Innocent. IV. Pont. Max auctoritate probatus: cumq[ue] stipem colligentes infantes facundo miraculo Servos VIRGINIS clamitarent, id hodieque scilicet nomen ferunt. Iam incrementa ordinis promisit vitiis, quæ sub vernum tempus sata, mox DOMINA luce (quâ Salutatam ab Angelo colimus) & florem & gemmam adeoque uvam exhibuit. Sed & vestes servis suis Déipara obtulit pullas, quibus & Fratrum patientem & viduam MATREM lugerent. Bonifilio deinde ad pileum voce cœlesti evocato testimonium sanctitatis in vultus splendor, in toto corpore odor dixerunt, & justa hominibus permixti Cœlites illis verbis cecinerunt; Subvenite Sancti Dei, & exaudite. Tales exequias servi VIRGINIS merentur, alias sperate qui liberti, qui libertini amatis audire. Ex Ordin. ipsius monum.

Considera quanta sit dignitas nostra, quanta que nobis proportio sit cum Mariâ: Concepit Maria Christum in carne, deferimus & nos illum in mente. Reficiebat Maria Christum, cum teneris labris lac exprimeret uberum, reficimus & nos variis bonorum deliciis operum. S. Pet. Dam. serm. 2. de Nativ. B.V.

S. A V D O M A R V S E P . 9. Septembri.

Cœpit AVDOMARVS tunc vivere, cùm dœsire mater, quando nimirum à morte hujus cum patre mori mundo inter Ascetas occepit. Iucundum credo videre cœlo erat, patrem unâ & filium in eadē virtutis scholâ discere, miraculo cō majori, quod ad hanc filius patrem duxerat. Quid jam mirum, si mira alia quam plurima patravit AVDOMARVS, si radiare è ligno crucem, si exsur-

T 5

gere